

Eodem enim mox Anno queri cœptum a quam plurimis & mox
super attentatis Gallorum, supremum in hos Status domi- post illam.
nium spirantibus, quibus frustra oppositum est Ratisbonæ
Placitum trium S. R. I. Collegiorum (1), imo Prælua tantum
tum erant ingruentis repente turbinis plane improvifi.

Ereclum scilicet a Rege Brisaci Tribunal eo fine, ut Reunio-
reuniret Alsatia omnia illa, quæ aliquando ad eandem spe- nes Gal-
ctasent. Latae sententia An. 1680. die 22. Mart. & 22. Aug. licæ.
per quas supremo Regis Dominio adiudicabantur non Ciui-
tates solum illae decem Imperiales, sed & complures alio-
rum Statuum Imperii terræ in Alsatia sive vere sive præ-
tense sitæ, sententiæque mox executioni datæ manu militari,
si quis torrenti sese audebat opponere. Deductæ equidem
a parte Gravatorum & omnium & singulorum rationes,
quæ sententias redderent iniustificabiles & ipso Iure nul-
las; (2) at ubi ius in armis positum est, fortioribus opus
esse ratiociniis ex eo tempore sensere.

Illusit iterum Germaniæ Gallia, dum per tractatus Tractatus
Francofurti instituendos rem se velle componere simularet Franco-
Anno 1681. ceu ex eo patuit, quod sub ipsius Conuentus furtani.
inchoandi auspiciam Argentinam, Urbem Imperialem Al-
satiæ primariam, hætenus Gallorum domini expertem,
occuparet; nihilque actum, præter Indignationes, Vota,
Con-

1) Quod vid. apud CORTREIVM ad Pac. Noviomag. p. 37.

2) Vid. *Raisons des Princes & Etats situez en Alsace contre les Reunions, qui ont été faites par la Chambre de Brisac, & ont été fondées sur une cession prétendue de toute l'Alsace*, dans les cit. Act. & Mem. l. c. p. 434. Scripsit tum etiam Ulricus OBRECHTUS *Alsaticarum rerum Prodrumum*, Arg. 1681. 4. Librum æque rarum ac eruditum, cuius Cap. 7. deduxit, non aliud Gallia in Alsatiam Ius competere, nisi id, quod ex Pace Monasteriensi quæsitum ei fuerit, Cap. 8. vero in id inquisit, quantum Iuris Gallia tum sit cefum? At in alia longe patulo post abiit, mutatis & Religione, & Domino, & principiis. Conf. dicti Libri recensioem in der Hamburg. Biblioth. Histor. Centur. 3. art. 31. p. 150. seq. atque Versionem Capitis 8. Gallicam, dans les Memoir. &c. de la Paix de Ryswicenf. T. 2. p. 413.